



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

29. De accusatione coram Caïpha.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

tus est Petrus verbi Jesu, quia priusquam gal- Petri cō-
lus cantet bis, ter me negabis. Et conversus Do- versio.
minus, respexit Petrum; & egressus foras, flevit
amarè.

1. Vide, ut Jesus, inter suas vexationes, non
obliviscitur discipuli, quantumvis ingrati, sed Christi
absentem respexit misericordiae oculis. Respi- charitas.
cet me & omnes peccatores, ut ad te conver-
tantur. 2. lachrymæ Petri non jam ex timore, 2.
sed ex amore fundebantur, dolentis toto corde, Petri la-
quod tam bonum Magistrum & benefactorem chrymæ.
sic ingratus offendisset. Et intelligebat probè
illud: *Quia malum & amarum est reliquisse* Jer. 2. 19
Deum tuum: unde & amarè flebat: quæ ipsi
lachrymæ juges fuerunt tota vita. 3. Observa 3.
progressum conversionis. 1. *Recordatus est ver-* Progres-
bi Jesu: unde timorem, fiduciam, & amorem sus.
concepit. 2. egressus est foras, impedimenta 1.
relinquens, & occasiones. 2. 2.
3. Flevit ex vera 3.
pœnitentia. Adde his, quod prima omnium
causa extitit, *quod conversus Jesus respexerit Pe-*
trum.

MEDITATIO XXIX.

Accusatur apud Caipham, & con-
demnatur.

PUNCTUM PRIMUM.

Considera 1. quàm fuerit perversa forma Judicij
Judicij. Judices erant invidia & ambitio- perversi-
ne litas.

ne depravati, & ipsimet querebant falsum testimonium contra Jesum. Accusatores & testes falsi & corrupti. Inter hos reus agebatur Filius Dei, ipsa innocentia : contra quem cum diligenter exquisivissent falsum testimonium, & multi falsi testes accessissent, non tamen invenerunt quod arguerent : juxta illud, quod *Joan. 14.* ipse dixerat : *Venit princeps mundi hujus, & in me non habet quicquam.* 2. Diluit Dominus 30. 2. accusationes silentio, ut ægrè ferret Caïphas, 2. surgensque diceret : *Nihil respondes ad ea, Ps. 37.* que isti adversum te testificantur : *Jesus autem tacebat :* sicut prædictum : *qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum.* Valet ad exemplum, ut Deo remittamus defensionem, præsertim in manifesta veritate : & vincitur ita gloriosius, quando nihil respondendo diluitur calumnia : nam solet in talibus captari ex responso occasio calumniandi aliquid, ut hîc statim factum.

Vincit
qui ta-
cer.

PUNCTUM II.

ADjuratio Caïphæ. Cum accusationes non procederent, instituit Caïphas quæstionem. *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus, Filius Dei benedicti.* 1. observa reverentiam, quam Dei nomini Christus detulit, ut contra propositum suum, per illud adjuratus responderit. 2. respondit autem, fa-
ren-

tendo se esse : *Tu dixisti* : ac ne moveat vos Christi
 mea hic præsens conditio, quam à Filio Dei a- de se
 lienam ducitis, & ideò nihil minùs vobis persua- confes-
 detis, quàm me esse talem, *dico vobis : amodò vi-* fiò.
debitis Filium hominis sedentem à dextris vir-
tutis Dei, & venientem in nubibus cæli. 3. amo- 3.
 dò, inquit, id est, postmodum : nam apud De- ps. 89. 40
 um mille anni, sicut dies hesternæ quæ præterijt.
 Ita solabimur nos ipsos in adversis, quia post-
 modum erit finis, & custodiemus nos in pro-
 speris metu imminentis judicij.

PUNCTUM III.

Sententia lata in Christum à concilio. *Tunc* Caiphæ
Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua hypo-
(ritus erat detestantis blasphemiam in Deum) crisis.
dicens, blasphemavit. Pronuntiat eum blasphemum : probat autem ex facti evidentia : *quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam.* Rogat ergo sententias : *quid vobis videtur : at illi respondentes dixerunt : Reus est mortis.* Si bone Jesu! pro blasphemo haberis, Christi
 & condemnaris : & quæ major blasphemia esse humili-
 potest, quàm hæc istorum in te? tatis. Quid ibi sensit Christus, detestabatur injustissimam sententiam, & sacrilegorum hominum impietatem : nam se esse Christum per omne prædicationis suæ tempus sufficienter comprobaverat : suscepit tamen libenter, & pro salute omnium acceptavit istam contumeliam.

ME-